



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

XLIII. Markgraf Ludwig überträgt dem Wilkin Horcher die Tutel über die  
Güter Luthers Splinter, am 16. Mai 1337.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](#)

In cuius etc. Testes frater Geuehardus de Bortuelt etc. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVII<sup>o</sup>., feria quinta ante dominicam Oculi.

Aus einem Copialsbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

**XLIII.** Markgraf Ludwig überträgt dem Wilkin Horcher die Tutel über die Güter Luthers Splinter, am 16. Mai 1337.

Lvdouicus etc. Strenuo viro Wilkino Horcher etc. Tutelam et administrationem bonorum filiorum quandam strenui viri bone recordationis dilecti nostri Lutheri Splinter per decepsum bone memorie Henningi fratris, cui ipsam pridem contulimus et commisimus, vacantem nobis, fidelitati tue, quoisque ad annos debitos et etatis debite peruerenterint, sic quod ipsis fideliter presis et percepta de bonis, dum petierint, prout moris est, integraliter computes, conferimus, committimus et presentibus duximus conferendum. Pro qua quidem collatione nobis decem marcas argenti Brandenburgensis et ponderis erogasti, addicentes, quod si dictos pueros ante perceptionem istarum de bonis suis decem marcarum faciendam decidere, quod absit, contingere, ex tunc tu ex nostro speciali consensu dictorum bonorum obuenciones quascunque debeas, quoisque dictam sumam consecutus fueris, recipere impedimento quolibet quiescente. In cuius etc. Testes Dypoldus gusso, Henricus de aluenfleue, heylo, arnoldus de vchtenhagin. Datum Berlin, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXXVII<sup>o</sup>., feria sexta post octauam beati Johannis ante portam latinam.

Aus einem Copialsbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in quarto).

**XLIV.** Markgraf Ludwig verschreibt der Gattin Betekins von der Ost ein Leibgedinge, am 27. Juli 1337.

Nouerint etc. Quod nos Lvdouicus etc. Contulimus et presentibus ex mera nostre mentis beniuolentia conferimus honeste matrone Margarete, strenui militis Betkini de Ost, dilecti nostri fidelis, conthorali legitime, veri et iusti dotalitii nomine in villa maſſin viginti frusta denariorum Brandenburgensium, in villa Prandim decem frusta in villaque Meretin decem frusta denariorum Brandenburgensium annuorum reddituum cum omni iure, honore, pertinentiis ac libertate ad dictos redditus pertinentibus, sine impedimento quolibet, quoad vixerit, quiete et pacifice possidenda. In cuius etc. Testes Husener, magister camere nostre, Bambrecht, pincerna, Laurencius de Griffenberg, milites, hasso, senior de wedel et Tydeko de Brederlo, famuli, cum cete-